& de hoc in libris ebraicarum ques-
tionum plenius dicitur;
Rino corura. civitas egypti cuius
meminit esaias scientia autem
quod hoc vocabulum in libris ebrai-
cis non habetur. sed a lxx interp-
retibus propter notitiam loca additum
est quod in libro ebraicorum nomi-
num diximus hoc etiam nunc in
litteris videmus titulo pronun-
tiandum apud ebreos tres. ee.
hoc est samech. & sade. & sin quas
cum apud grecos & latinos
sono simili proferant in sua lin-
gua aliter atque aliter resonant
unde accedit ut eadem nomi-
na apud nos diversum sona-
re non videantur & plerique certe
litteris hec habeat. nomen ex
una sed extrinsecus litteris loca
& urbes & viculi discribun-
Sidon. urbs fenicis | tur
insignis olim terminus cha-
naneorum ad aquilonem respi-
ciens & per ea regiones iudee
sorte
cecidit autem in tribubus aser sed non eam
possedit quia hostes nequaquam va-
luit expellere
Sennaar. campus babyllonis
in quo turris extructa est unde
egressus assur edificavit
ninneven meminit huius loci
iosippus in primo antiquitatum
libro ista scribens de

campo qui in babyllonia regione
appellatur sennaar. narratur et-
iam historicus dicens quidam sa-
cerdotum perfugi de templo enim
alii iovis sacra rapientes in sen-
naar campum babyllonie pervenere;
Sichem. & salem que latine & grece
sycima vocata est civitas iacob
nunc deserta ostenditur autem locus
in suburbanis neaspoleos iuxta
sepulchrum ioseph quam subvertit
abimelech & seminavit in ea sal
sicut in libro iudicum scriptum est. post ea
vero instaurata est ab hieroboam rege
ut regnorum narrat historia & sita
est in tribus finibus efraim sed & filius
emmor appellabatur sychem a quo &
locus nomen acceperat. fuit autem & al-
tera sychem in monte efraim civitas
fugitivorum.
Sennaar. unde fuit amarfal qui ad-
versus reges sodomorum bellum gessit;
Sodoma. civitas impiorum divino igne
consumpta iuxta mare mortuum;
Seboim. & haec civitas impiorum in [illegible]
cineres dissoluta iuxta urbem quon-
dam sodomorum.
Sofera. mons orientis indie iuxta
quam habitaverunt filii iectan filii
heber quos iosippus refert a cofene
flumine & indie regionibus usque ad id
locorum pervenisse ubi appellatur regio
hieria sed & classis salomonis per tri-
ennium hinc quendam commercia depor-
tabat.